

rum etc. Super hoc dicunt Ypocras et Diascorides, quod regionum orientalium aer declinans ad caliditatem et humiditatem. Non est clarus. Quarum cibi sunt calidi, aque turbide eo, quod sol non oritur mane super eis. Quare in estate adest frigiditas aeris et sero caliditas solis, sicut^{n'} accidit^{n'} in autumpno, propter quod virtutes eorum sunt debiles et colores ipsorum sunt mali et egritudines multe. Regionum vero mediarum, id est inter has, complexio est mediocris. Quorum natura est similis nature illius, cui magis approximat cum diminutione aliqua^{o'}.

n'-n') vel de accidente OR o') aquarum R